Tekst 3

Seneca schrijft over het belang van dankbaar zijn.

Itaque ingrati esse vitemus non aliena causa sed nostra. Minimum ex nequitia levissimumque ad alios redundat: quod pessimum ex illa est et, ut ita dicam, spississimum, domi remanet et premit habentem, quemadmodum Attalus noster dicere solebat, "Malitia ipsa maximam partem veneni sui bibit". Illud venenum quod serpentes in alienam perniciem proferunt, sine sua continent, non est huic simile: hoc habentibus pessimum est. Torquet se ingratus et macerat; odit quae accepit, quia redditurus est, et extenuat, iniurias vero dilatat atque auget. Quid autem eo miserius cui beneficia excidunt, haerent iniuriae? At contra sapientia exornat omne beneficium ac sibi ipsa commendat et se adsidua eius commemoratione delectat. Malis una voluptas est et haec brevis, dum accipiunt beneficia, ex quibus sapienti longum gaudium manet ac perenne. Non enim illum accipere sed accepisse delectat, quod inmortale est et adsiduum. Illa contemnit quibus laesus est, nec obliviscitur per neglegentiam sed volens. Non vertit omnia in peius nec quaerit cui inputet casum, et peccata hominum ad fortunam potius refert. Non calumniatur verba nec vultus; quidquid accidit benigne interpretando levat. Non offensae potius quam offici meminit; quantum potest in priore ac meliore se memoria detinet, nec mutat animum adversus bene meritos nisi multum male facta praecedunt et manifestum etiam coniventi discrimen est; tunc quoque in hoc dumtaxat, ut talis sit post maiorem iniuriam qualis ante beneficium. Nam cum beneficio par est iniuria, aliquid in animo benivolentiae remanet. Net zoals een verdachte wordt vrijgesproken als de stemmen staken en zoals iets twijfelachtigs uit wellevendheid altijd ten goede wordt opgevat, zo voelt de geest van een wijze zich weliswaar tot niets verplicht wanneer iemands verdiensten opwegen tegen zijn misstappen, maar blijft hij toch de wens koesteren een verplichting te hebben en gedraagt hij zich net als mensen die nog afbetalen nadat de schuld al vereffend is.

Niemand kan overigens dankbaarheid uiten wanneer hij zich iets aantrekt van die dingen waarvan het gewone volk in paniek raakt: als je iemand een wederdienst wilt bewijzen, stel je je bloot aan verbanning en levensgevaar en armoede en aan regelmatige bezoedeling en smadelijke belastering van je onschuld. Een dankbaar man betaalt zelf geen lage prijs. Niets vinden we kostbaarder dan een weldaad zolang we ernaar verlangen, niets waardelozer na het ontvangen ervan. Vraag je naar de oorzaak waardoor we niet meer denken aan wat we ontvangen hebben? De begeerte om dingen te ontvangen; we denken niet aan de wensen die vervuld zijn, maar aan wat nog te wensen overblijft. We worden van de wijs gebracht door rijkdom, eerbewijzen, macht en andere zaken die naar onze mening kostbaar, in feite waardeloos zijn.

Seneca, Epistulae Morales ad Lucilium 81.22-30